
BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS LEIDENSIS

CODICES MANUSCRIPTI

I

CODICES VULCANIANI

Anno MCMX.



CODICES MANUSCRIPTI

I

CODICES VULCANIANI

ANNO MCMX.

Lugd. Bat. ex typographeo E. J. Brill.

Bonaventura Vulcanius sive, ut lingua vernacula vocatur, de Smet, d. 30 Iunii 1538 Brugis natus est; pater ei fuit Petrus, Erasmi amicus, patronus causarum Brugensis, qui postmodo syndicus Middelburgensis in Zelandia creatus est.

Puer Bonaventura Gandavi educatus est in ludo literario Ioannis Othonis, praeceptoris tunc temporis celebris, cuius amicitiam diu coluit. Anno 1554 Lovaniam profectus studiis incubuit tum iuris tum medicinae; deinde Coloniae per breve, ut videtur, tempus Georgio Cassandro a secretis fuit, donec anno 1559 a Francisco a Mendoza, Episcopo Burgensi, arcessitus, in Hispaniam profectus est; cui per 7 fere annos a secretis et a bibliotheca fuit; Francisco mortuo, eodem munere functus est apud fratrem Ferdinandum a Mendoza, Archidiaconum Toletanum, usque ad eius mortem a. 1570. Dein in patriam reversus patrem mortuum rem familiarem per turbas bellicas diminutam invenit; neque diu ibi mansit: Coloniae exeunte 1573 vel ineunte 1574 a Henrico Sudermanno, syndico Hanseatico, liberorum suorum paedagogus institutus, mox, faventibus Th. Rhedigero et Const. Lyskirchio, professor linguae Graecae in celebri illius urbis universitate creatus est. Oratio qua professionem auspicaturus erat inter mss. servatur (cod. 36 f. 23). Sed priusquam munus aggressus est ex urbe expulsus — non satis constat quam ob causam, sed videtur odium Jesuitarum in se convertisse — Genevam aufugit ad Henr. Stephanum, cuius in officina correctorem egit, dum interea Arrianum prelo parabat. Inde Basileam profectus aliquamdiu in aedibus Frobenianis vixit; tandem autumno 1577 in patriam redux, Antverpiae Philippo Marnixio, S. Aldegondae domino, a secretis fuit; mox insuper a senatu Antverpiensi ludi magister creatus, usque ad annum 1581 ibi degit. Eo anno Leidam se transtulit, postquam iam anno 1578, cum Marnixio iter facienti comes adiunctus Leidam transiret, a Cura-

toribus novae Academiae professor linguae Graecae et Latinae creatus erat. Quid causae fuerit, cur tam diu Antverpiae haereret, nescitur. Leidae tandem peregrinationibus finem imposuit, ibique 9 Oct. 1614, anno aetatis 76°, obiit.

Anno iam 1610 Vulcanius, paene caecus, maiorem partem bibliothecae, sed paucos tantum codices manuscriptos, publice vendiderat. Catalogi rarissimi exemplar est in Museo Meermanno-Westrheeniano, Hagae Comitis (Willems, les Elzevier p. LVII, n°. 2). Post mortem Curatores Academiae codices mss. ab herede, Francisco fratre, emerunt 1200 fl., non ipse legavit illos, ut perperam in Catalogo Bibl. Leidensis a° 1716 edito p. 343 dicitur. Sequenti anno duo professores, Sim. Episcopius et Dan. Heinsius, codices cum catalogo ms. contulerunt, quem catalogum, in Tabulario Curatorum inter Documenta Actorum servatum, hic imprimendum duxi. Singulis codicibus numerum, quem in nostro catalogo habent, uncinis [ ] inclusum adscripsi. Nonnulli ex codicibus, qui anno 1615 aderant, non iam inveniuntur inter codices Vulcanianos; alii, nescio quo errore, inter codices Leidenses „Bibl. Publicae Latinae et Graecae", qui dicuntur (*B. P. G.* et *B. P. L.*), delati sunt.

CATALOGUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM E BIBLIOTHECA
B. VULCANII B.

LIBRI GRÆCI

Folio.

1. Nili Archiepiscopi Thessalonicens. opera in quibus tractatus 49 de controversiis inter latinos & graecos; quarum Prima est an recte faciat Papa, quod oeconomicæ Synodo se nolit submittere. [**3**]
2. Acta Synodi Nicenæ. [**28**]
3. Scholiastes Hesiodi Tzetzes. [**23**]
4. Eusebius advers. Apollonium, item Anastasius Archiepiscopus Antiochenus in annuntiat. B. M. Virginis, item Heronis Alexandrini mechanica. [**4**]
5. Eusebius in Cantica Cant., eiusdem in Ecclesiasten sive idem sive Anonymus. [**50**]
6. — oratio in Constantinum Imperatorem. [**35**]
7. Cyrillus de cultu in veritate & spiritu, & aliae homiliæ XVII, egregium volumen manu B. Vulcanii descriptum. [**25**]
8. — thesaurus sive de S. trinitate. [**16**]
9. — contra Antropomorphitas. [**5**]
10. — ad hermiam tractatus exiguus quod Consubstantialis & coæternus Deo Patri sit filius, item Dionys. Areopagita in 4° scriptum anno 1329. [**52**]

11. Gregorii Cyprii sui temporis historia brevis, & variae Eclogæ ex aliis auctoribus, item Hilarius monach. Veron. de pane mystico. [**17**]
12. I. Zonarrae epistolæ quædam. [**15**]
13. Isid. Pelusiotæ quædam, cum versione lat. B. Vulcanii. [**39**]
14. Nyssenus in Cantica Canticorum. [**6**]
15. I. Climacis sacra scala sive sacra spiritualis. [**31**]
16. Chrysostomi oratio de S. Cruce. [**27**]
17. Anonymi isagoge hermonica.
18. Agathias. [**54**]

Quarto.

19. Greg. Cypri historia sui temporis. 4°. [**B. P. G. 49**]
20. Procopius de ædificiis Iustiniani, in quo alia nonnulla Constantini & de thematibus liber. 4°. [**56**]
21. Scholia græca in primum epigramm. Græcorum. [**62 I**]
22. Origenis philocalia collecta cum alio M. S. exemplari. [**61**]
23. Greg. Nysseni de iis qui Hierosolymam proficiscuntur, item Leonis de virtutib. Georgii & monast. gubernat. item Ænigmata pselli metrica, item Alcidamantes de Palamedis proditione, & alia nonnulla. [**64**]
24. Galeni Anatomica Encherhesis. [**57**]
25. Liber Physiolog. allatus ex India, & exhibitus Persarum Regi ex Arabica lingua in græc. translatus, cui accedit belli Troiani paraphrasis. [**93**]
26. Epistolæ Chrysoloræ. 4°. [**95**]
27. Cyrilli homilia ἑορταστική. [**62**]
28. Paraphrasis in aliquot psalmos g. lat. per Iamotium. fol. [**44**]
29. Scripta diversa 3 volum. per B. Vulcanium, fol. g. lat.
30. — eiusdem. 2 voll. 4°.
31. Nanzii grammat. græca. 2 voll. fol. M. S.
32. — in institut. ling. græcæ Clenardi. 4°. M. S. [**37**]
33. F. Nanzii index in Canini Hellenismum excus. paris. 55. 8°.
34. Epitheta græca B. Vulcanii. 4°.
35. Leonis imperat. ornesopheon. 4°. [*in marg. adscr.: Meursii*].

Manuscripti Latini fol. 4° & 8°.

1. Cyrilli thesaurus, sive de S. & consubstantiali trinitate assertiones xxxv interprete B. Vulcanio. [**14**]
2. — dialogi ad Hermiam de trinitate interprete eodem. [**12**]
3. — de adorat. in Spiritu & veritate interpr. eodem. [**10**]
4. — volumen in quo varia opusc. Cyrilli alio interpret. [**26**]
5. — dissertat. in Genesin lib. 4, cum interpret. & notis N. Drumezii. [**13**]
6. Michaël a Medina annotat. in quædam loca Cyrilli. [**29**]
7. Nicolai Episcopi refutatio Theologiæ Procli. [**B. P. L. 47**]
8. Series Pontificum Romanorum per Damasium Papam Urbis Romæ. [**33**]
9. Man. Chrysoloræ epist. e græco in lat. versæ a B. Vulcanio. [**30**]
10. De navigat. a Ferdinando Magellan. 1519 die 20 septemb. inita.
11. Epist. Isid. Hispalensis, in membrana. [**1**]
12. Ars notariatus in membrana. [**45**]
13. M. Guillermus de monte super 4 libr. sentent. & alia in membrana. [**48**]
14. Cassiodorus de gestis Theodor. R. & epist. in membrana. [**46**]

15. Ars Geomantiæ. [**49**]
16. I. Molanus de iudicio Solomonis. [**19**]
17. Tabulæ Rhetor. & Dialect. G. Cassandri & I. Molani. [**B. P. G. 20**]
18. Ant. Schoonhovius de origine francorum & dubia quædam Geograph. [**106 II**]
Historia sive Annales Rom. ex diversis autor. in fol. [**38**]
Item Annales Ecclesiastici.
19. Donati Bossii Mediolanensis historia.
20. Panurgus. [**51**]
21. G. Cassandri quærimonia de miserando Eccles. statu ad Regem Hispaniæ Philippum secundum.
22. — epist. ad principes August. Confess., item Colloquium cum Anabaptista cum aliis eiusd. Authoris.
23. — consultatio de articulis Religionis.
24. — tractat. de re sacrament. & Annotat. in aliquot psalmos. 4°.
25. — sentent. variæ de iustificat. & aliis fidei articulis. 4°.
26. — explicatio quorundam Capitum S. Relig. 4°.
27. — epist. familiares ad viros eruditos. 4°.
28. — de vita D. Ezonis. [**92 G**] item consultatio de missa rite celebranda. 4°. [**108** fasc. 9].
29. — Apologia & tractat. diversor. eiusd. auctoris. 4°.
30. — annotat. in obscurior. quosdam locos psalmorum cum aliis eiusdem Cassandri scriptis. in 8° & 16°. [**98**]
31. De constitut. sedis Episcop. in Brabantia, cum aliis opusculis theologicis, Historicis ac Politicis fol. [*Deleto titulo superscriptum:*]
Excerpta theologica ex variis autoribus.
32. Descriptio totius orbis terrarum Authore incognito. 13 voll. 4°. [**72—86 B II**]
33. Hist. Miscella P. Diaconi, in membrana. 4°. [**60**]
33. Acta Pontificum per Damasum Papam. in membrana. 4°. [**58**]
34. Hugo de S. Victore de Sacram. in membrana. 4°. [**55**]
35. Regulæ August. de prædest. et aliis, in membrana. 4°. [**59**]
36. Bernardus morvalens. de contemptu mundi in membrana. 4°. [**B. P. L. 149**]
37. Trapezunt. in perversionem problemat. Aristot. 4°. [**B. P. L. 151**]
38. Augustin. de civitate Dei. 4°. [**63**]
39. Hadrianus Traiectens. Pontifex in Apocalyps., item Cor. Aurelius de patientia cum aliis. 4°. [**66**]
40. Vita S. Gulielmi Heremitæ & Confessoris duc. Aquitan. item 12 abusion. claustri. 4°. [**94 C**]
41. Molani annotat. in Evangel. & epist. aliquot. 4°. [**B. P. L. 150**]
42. — comediæ de iudicio Solomonis. 4°. [**69**]
43. Parabolæ M^{ri} ordinis. 4°. [*leg.* Oddonis].
44. Annotat. in Evangelia. 4°.
45. Erudita explicatio Catechismi. 4°. [**92**]
46. P. Traiectens. meditat. in passionem D. N. I. Christi. 4°. [**92 B**]
47. Itinerarium histor. ac Cosmograph. per totum orbem terrarum. 4°. [**92 H**]
48. N. Gaudanus de vera Dei ecclesia cum aliis Theolog. & Philosoph. 4°.
49. Explicatio in Esaiam, Malachiam, & Genesin 4°. [**91**]
50. De Luthero ultimo & infelici Helia, item Contradict. Calvini cum aliis. 4°. [*Leguntur haec verba in involucro epistolae in cod.* **85 II.** *Ipse tractatus non iam adest*].
51. Victoris Tunnensis Chronicon, cum notis Velseri cum aliis. 4°. [**20 II**]
52. Relatio de urbe Constantinopuli & de reb. Turcicis, cum aliis imperfect. 4°. [**65**]

53. Vulcanii carmina in laud. divers. doct. virorum, eorundemque ad Vulcanium. folio. [**103**]
54. — eadem in 4°. [**103**]
55. Carmina Adr. Marii, Grudii & Io. Secundi fratrum ad doct. viros, eorund. ad illos. fol. [**102**]
56. — eadem in 4°. [**102**]
57. Io. Secundi itinerarium in Hispan. & Galliam. fol. [**102**]
58. Fasciculus in quo tractat. Vulcanii aliorumque doct. virorum fol.
59. — idem. in 4°.
60. Epistolae a Vulcanio ad erudit. viros & loci comm. diversorum fol. [**105** et **106**]
61. Emblem. Sacra a Vulcanio, cum aliis. 4°. [**68**]
62. Liber Politicus auth. incognito. 4°. [*in margine: Quaerendus inter reliquos*].
63. Explicatio itinerarii Io. Mandevilli per Richardum Bledelewe. 8 . [**96**]
64. Epist. & orat. Corn. Aurelii, cum aliis eiusdem. 8°.
65. — defensorium gloriæ Batavinæ. 8°.
66. — elucidar. super Batavina regione & differentia. 8°. [*Nunc in bibl. societatis Leidensis q. d. „Maatschappij der Nederl. Letterkunde"* n°. 743].
67. — de regni & imperii administrat. 8°. [**98 B**]
68. — diadema Imperatorium. 8°. [**99 B**]
69. — in psalmos ex veterib. Ecclesia doctorib. 8°. [**99**]
70. — hymni & alphabetum Redemptorium. 8°. [**98 G**]
71. — carmina varia & de triumpho H. a Nassauw. 8°.
72. Calendarium in membrana. 8°. [**100 C**]
73. Libellus de libero arbitrio in membrana. 8°. [**100**]
74. Poëmata Io. Hamillensis in membrana. 8°. [**94**]
75. Fasciculus M. S. g.lat. in membrana. fol. 4°.
76. Constantini monachi viaticum 4° in membrana. [*in marg.: Meursii*].

Manuscripti diversar. linguarum.

1. Ordonnances pour les simples Curées & Prestres pour confesser. folio.
2. Confession de foy de Matheus de le Becq. folio. [**51 C**]
3. Traitté de ce qu'est advenue en la personne de Monsr. d'Orleans. 1418. [**47**] item Genealogie de Messrs. ducq. de Bourgoigne & Brabant, & aultres de ducq de Cleues & Geldres. fol.
4. Conseil sacré d'un gentilhomme francois aux Princes & Protestants. [**92 G**]
5. Moyen pour establir une bonne paix en france. [**63 C**]
6. Ethique en francois, ou pour coucher des lettres.
7. Trois traittées des divers receptes. [**92 F**]
8. Oration. & epist. de diversis Reg. & Princip. ad Reg. & Princip. Hispan. fol.
9. Comptes des Relligieu. de S. Catherine en Espagnol. Ital. & latine fol. [**B. P. G. 31**]
10. Arte militaire por don sancho de londono. [**92 D**]
11. — commentar. di las cosas di flandra. [**93 C**]
12. P. Giaconius de ponderib. & mensuris. Hisp. [**67**]
13. Pragmat. sopra la impression y libros. fol. [**92 G**]
14. Tres libri scripti. 3 vol. fol.
15. Tres libri characteribus Chinensibus. 4°. 3 voll. [*nunc inter libros typis impressos relati*].

Is gecollationneert met de boecken, ende bevonden met de selve overeen te komen desen 8 May 1615. ons toorconde

SIMON EPISCOPIUS
DANIEL HEINSIUS.

In „Catalogo Bibliothecae Publicae Lugduno-Batavae" a. 1674, p. 412—419 enumerantur „Libri qui in arca Bonaventurae Vulcanii servantur". Cuius catalogi numeri cum alii sint ac nostri, utramque seriem hic e regione ponemus:

Catal. 1674.	Num. hodierni.	Catal. 1674.	Num. hodierni.	Catal. 1674.	Num. hodierni.	Catal. 1674.	Num. hodierni.
1	1	17	16	34 et 35	54 et 56	50	63
2	3	18	47			51	98
3	2	19	48			52	102
4	12	20	24	36	57	53	18
5	4	21	37	37	58	54	19
6	7	22	49	38	59	55	20
7	8	23	15	39	61	56	29
8	9	24	13	40	64	57	44
9	5	25	14	41	66	58	62
10	B. P. G. 49	26	25	42	94	59	65
		27	23	43	88	*59	67
11	28	28	36	44	93	60	70 A
12	38	29	35	45	95	61	68
13	33	30	50	46	96	62	69
14	17	31	46	47	45	63	71
15	39	32	52	48	51	64	100 C
16	31	33	55	49	91		

Qui in catalogo sequuntur codices nullo numero designantur; primum igitur singulorum titulorum verbum dabo:

Catal. 1674.	Num. hodierni.	Catal. 1674.	Num. hodierni.
Descriptio	72—86 B II	Historia	60
Epistolae	101	Carmen	42
Fasciculi	105, 106	Psalmi	99, 98 G
Bonav.	17	Liber de libero	100
Scholia	34	Liber Bernardi	B. P. L. 149
Gregorius	6	Livre	?
Cyrilli	92 E	Epithetorum	?
Anonymi	?	Fragmenta	?
Fasciculus	92 G II	Epistolae	104
Leonis	64	Tractatus	?
Parabolae	?	Tractatus	22
Georgii	B. P. L. 151		

In „Catalogo Librorum tam impressorum quam manuscriptorum Bibliothecae publicae Universitatis Lugduno-Batavae" a. 1716, p. 343—350 enumerantur codices Vulcanii, iisdem numeris quibus nunc designati. Codices 5 b, 22 b non iam adsunt; 51 b nunc est 51 C, 57 b inter libros Iapanenses relatus, 101 B cum 101 in unum coniunctus.

P. C. MOLHUYSEN.

Vulc. 1. Membr. saec. XII, 290 × 195, fol. 122 bipartitis pag. lin. 42, tituli rubri, litt. init. coloratae, quatern. numerati. Desunt quatern. 2 et 17 integri, quat. noni fol. 1—7, et ultimi ultimum folium.

Isidori Hispalensis Etymologiarum ll. XX. Amissis foliis nunc desunt: l. I c. 21 fin. *notarii appellantur* — II 9 § 4 *assumptio dicitur*; IX 2 § 53 *sibi con*]*stituit* — 7 § 130 *unde et aequum*; XVIII 1 § 8 *pu*]*gna unius diei* — XIX 17 § 10 *inventio argentum*. Ultima verba: *vel quod hęc equi* XX 16 § 1. Praecedunt:

f. 1′ **De Literis Hebraeis.** Inc. *Literę aut(em) hebreę*; tum **„Augustinus de Expositio(n)e alphabeti"**. Inc. *A congruo sono*; et Index in Etymologias.

f. 2—3′ **Isidori et Braulionis Epistolae mutuae** 8, 3, 4, 5, 6. (= Migne P. L. 80 p. 650—655).
Cf. Chronica minora ed. Th. Mommsen (M. G. H.) II, 415 n°. 120.

f. 1 „Ex bibliotheca pergamenica D. Augustini Hunaei Machliniani; me habent eius dono Theodorus Pulma(n)nus et Victor Giselinus viri eruditissimi et antiquitatis cognoscendae et co(n)servandae studiosissimi, 1566 Idib(us) Maiis. Oro ne pereat aut discerpatur. Conservetur posteritati." „Nunc Abrahami Ortelii qui eum pretio redemit ab heredibus Theodori Pulmanni 1586".

Vulc. 2. Graec. Chart. fol. 164, duobus partibus constans:

I. f. 1—142, saec. XV ex., 265 × 175, lin. 30, quatern. numerati. Scripsit Georgius Hermonymus Spartiata. (Cf. H. Omont, Centrbl. Bibl.wesen. IV (1887) p. 189).

f. 1—83′ **Xenophontis Opera minora:**

f. 1—7 de Republica Lacedaemoniorum;
f. 7′—51 Memorabilia;
f. 51′—72′ Oeconomicus;
f. 73—83′ Convivium.

Huius cod. excerpta a Ruhnkenio sibi transmissa adhibuit J. A. Ernesti in 5. ed. Memor. Xenoph. (1772) praef. p. **′ ubi false hunc cod. «Vossianum» dicit. Ipse Ruhnkenius nonnullas lectiones commemoravit in «Animadversionibus» huic editioni subiunctis p. 219—237. Inde notum habuit Bornemann, Xenoph. quae exstant ed. J. G. Schneider IV, p. VI sqq.; Xenoph. Mem. ed. L. Dindorf p. IV.; K. Schenkl, Sitzber. phil. hist. Cl. k. Akad. Wiss. Wien, 80 (1875) p. 111.

f. 84—86 vacant.
f. 87—110 **Polybii Historiarum Fragmenta:**
f. 87—105′ lib. VI c. 3 — fin.; f. 106—108 l. XVIII c. 28—33; f. 108′—110 lib. X c. 19 § 3—20, 23—25, 27.
f. 111—121′ **Maximi Tyrii Dissertationes 6 priores.**
f. 122—127′ **Libanii Opuscula quaedam,** intermixtis **Pseudolibanianis:**
f. 122—124′ Libanii Declamatio Menelai ad Troianos super Helena.
f. 125 **Severi Moralis Sermo** ΤΙΝΑΣ ΑΝ ΕΙΠΕ ΛΟΓΟΥΣ ΜΕΝΕΛΑΟΣ (= Rhet. Gr. ed. Walz I, p. 543). Inscr. „ΛΙΒΑΝΙΟΥ ἨΘΟΠΟΙΙΑ."
f. 125′ **Anonymi Tractatus** ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΙΑΣ (= Dexippi cet. Reliquiae p. 6 = Corp. Script. Hist. Byzant. I).
f. 126—127 Libanii ΠΕΡΙ ΦΙΛΩΝ.
f. 127—127′ Libanii ΕΚΦΡΑΣΙΣ ΕΑΡΟΣ ΣΥΓΓΡΑΦΙΚΩ ΧΑΡΑΚΤΗΡΙ.
Cf. R. Förster in Fleckeisens Jhrb. 113 (1876) p. 214; Libanii Opera rec. Förster I p. 381 n⁰. 39.
f. 128—141′ **Ciceronis Cato Maior,** Graece, interprete Theodoro Gaza.
Cf. B. Dahl, Zur Hsskunde und Kritik des ciceron. Cato maior I (Christiania Videnskabs-Selsk. Forh. 1885, N⁰. 23). p. 9.
f. 142 vacat.

II. f. 143—164, saec. XV ex., 235 × 135, lin. 39, quatern.
f. 143—163 **Philostrati Maioris Iconum** lib. I, cum scholiis spissis, quibus altera manus superscripsit: *μοσχοπόλου ταῦτα εἶναι ὑπολαμβάνω.*
Cf. Flavii Philostrati quae supersunt ed. C. L. Kayser, praef. in Εἰκόνες p. x.
f. 163—164 **Pauli Silentiarii de Thermis Pythiis carmen,** cum scholiis interlin. et marginalibus.
f. 1′ „Liber Pauli Aemilii Canonici Paris(iensis). Nunc Ioa(n)nis Arcerii Theodor." Et „Ioan. Arc. Theodoreti a. 1565." „Constitit 26 stuph."

Vulc. 3. Graec. Chart. saec. XV, 240 × 140, fol. 398 lin. 30, quiniones, tituli et litt. init. rubrae.
f. 1—270 **Nili Cabasilae Opera:**
f. 1—3 Index;
f. 4—9 de Causis dissensionum ecclesiasticarum;
f. 9—19 de Primatu Papae;
f. 19—22′ Clara ac brevis certatio adversus Latinos;
f. 23—102 ad Conclusionem sive de Spiritu Sancto;
f. 102′—270 Argumenta Latinorum quibus putant demonstrare, Spiritum sanctum ex filio procedere, cum Nili solutionibus (quae incipiunt f. 105).

Hic illic in margine notae criticae B. Vulcanii.
Est fortasse codicis Vaticani apographum, de quo loquitur Vulcanius in edit. Nili de Primatu Papae, B. Vulc. interprete praef. p. * 4 et **.

f. 271—331′ **Nicolaus Methonensis adversus Latinos de Spiritu sancto.**

f. 332—332′ **Symbolum Athanasianum.**

f. 333—343 **Georgii (Gregorii) Cyprii Expositio Fidei contra Beccum.**

f. 343′—355′ **Dialogus Graeci et Cardinalium de processione Spiritus sancti ex solo patre** (= Nili de Primatu Papae ed. Vulc. p. 51 sqq.)

f. 355′—386′ **Argumenta adversus Latinos de processione Spiritus sancti.** Inc. Τὰς ἀρχὰς τῆς τοῦ πνεύματος θεολογίας etc.

f. 386′—398 **Basilii Achrideni Disputatio cum Henrico Archiepiscopo Beneventano.** Inc. Εὔχομαι γενέσθαι τὴν ἕνωσιν etc.

f. 1 manu Vulcanii inscr.: ἐκ τῶν ἡφαιστίωνος.

Vulc. 4. Graec. Chart. saec. XVI, 48 fol. f°. Scripsit Bon. Vulcanius.

f. 1—17 **Eusebius Pamphilus contra Hieroclem.**

f. 18—22 **Anastasii Antiochiae Archiepiscopi Sermones duo in Annuntiationem S. Mariae.** (=Migne P. G. 89 p. 1376—1389).

f. 22′—27′ **Leonis Magni Papae Epistola ad Flavianum Patriarchum Constantinopolitanum.** (= Legatio Imp. Caesaris Manuelis Comneni ed. Io. Leunclavio, 1578, p. 196—226).

f. 28—30′ **Index** in codicem nescio quem, **scriptores de Iure Graeco-Romano** continentem.

f. 31—32 **Expositio Andronici Palaeologi senioris quem locum teneant metropoles,** descripta ut videtur ex codice Parisino. Desinit in ἀχυράους. (= Hieroclis Synecdemus ed. Parthey, Notitia 11 p. 225—233, n°. 1—110). Huic subiungitur:

f. 32—32′ „ΤΩ ΚΤΕΒΩ ΤΗΣ ΡΩΣΙΑΣ ΤΠΟΚΕΙΝΤΑΙ ΕΠΙΣΚΟΠΑΙ ΑΤΤΑΙ." (= ibid. Notitia 3 p. 130, n°. 746—766).

f. 33—34 vacant.

f. 35—44′ **Heronis Alexandrini de Automatis** cap. I—X init.
Cf. Heronis Alex. Opera quae supersunt omnia ed. W. Schmidt, I Supplem. p. 55.

f. 45—46 vacant.

f. 47—47′ **Georgii Acropolitae Chronicorum prooemium.**
Cf. W. Weinberger, Studien z. Hss.kunde (Progr. Gymn. Iglau 1900/1) p. 6, n°. 14.

Vulc. 5. Chart., 37 fol. Fol. 1—20 sunt saec. XV, 280 × 140, lin. 26; tituli rubri. Fol. 21—37 sunt saec. XVI, f°., manu B. Vulcanii conscripta.

f. 2—19′ **Cyrilli Alexandrini adversus Anthropomorphitas liber,** graece.

f. 20 vacat.

f. 21—37′ sunt **Notae Bon. Vulcanii** autogr. **in hunc librum Cyrilli** quas imprimendas curavit in Cyrilli edit. a. 1605.
Cf. W. Weinberger, Studien z. Hss.kunde, p. 4, n°. 4 et 5. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905), p. 71.

Vulc. 6. Graec. Chart. saec. XIII, 275 × 200, fol. 41 lin. 51. Quatern. numerati N', Nα' etc.-Nε'. In fine plura folia desunt. Primum et ultimum folium madore miserrime confecta.
Gregorii Nysseni in Canticum Canticorum Homiliae, usque ad XII init., cetera perierunt.
f. 1 manu Vulcanii inscr.: ἐκ τῶν ἡφαιστίωνος.

Vulc. 7. Graec. Chart. saec. XVI, fol. 67 f°. Scriptus praeter f. 53—57 manu B. Vulcanii.
f. 1 **Vulcanii Notae.**
f. 2—20 descripta sunt ex cod. Vulc. 56, f. 103—116, ubi vide.
f. 2—17 **Constantini Porphyrogennetae de Thematibus** lib. I.
Hocce apographo usus edidit B. Vulcanius in Constantini Porph. de Thematibus lib., 1588, p. 1—32. Cf. Hieroclis Synecdemus rec. A. Burckhardt p. XXIX sq.
f. 17'—18 **de Graeciae dialectis, fluviorum et montium nominibus.**
Edidit ib. p. 33—34.
f. 18' **Ioannis Lydi de Ostentis** c. 71. τῶν (τοίνυν) ζῳδίων — fin. (= p. 381—2 in edit. Bekkeri).
f. 19 **Geographica quaedam.** Inc. ἰστέον ὅτι πᾶσα ἡ οἰκουμένη.
f. 19'—20 **Urbium nomina.**
Edidit ibid. p. 5—36.
f. 20'—23 Ex **Leonis Imperatoris Tacticis** Excerpta, pleraque ex cap. IV inde a § 6 (p. 35 in edit. Meursii 1612). Inscr. „Quae sequuntur ex bibliotheca Cardinalis Francisci a Mendoza Episcopi Burgensis olim transcripsi etc.".
Edidit ibid. p. 37—42.
f. 24'—25 **Vulcanii Notae.**
f. 26—28 descripsit Vulc. ex cod. Leid. Scal. 39 f. 49—52. Continent ex **Iulii Africani Cestis** fragmentum.
f. 28'—34 **Constantini Porphyrogennetae de Thematibus** lib. II descriptus ex cod. Scal. 39 f. 65—74. Marginibus adscripsit Vulcanius lectiones ed. Morellianae a. 1609.
f. 35—52 **Eiusdem** lib. I. latine, ex vers. B. Vulcanii.
Edid. Vulc. ll. post textum graecum.
f. 53—57 non sunt manu Vulcanii.
f. 53—54' **Ordo Praesidentiae metropolitarum** (= Hierocl. Synecd. ed. Parthey p. 162—180). Hinc fortasse descriptus cod. Vulc. 17 f. 46—52.
f. 54'—57 **Hieroclis Synecdemus.** Et haec fortasse descripta in cod. Vulc. 17 f. 52—60.
Cf. Vetera Romanorum Itineraria cur. P. Wesseling. p. 630. Inde cod. L. in Parthey edit. p. XI. Hierocl. Synecd. rec. Burckhardt p. X. sqq.
f. 58 vacat.
f. 59—67' **Constantini Porphyrogennetae de Thematibus** lib. II, latine, ex vers. B. Vulcanii, inedita quod sciam.

Vulc. 8. Chart. saec. XVI, 88 fol. f°. Inserviit Vulcanianae editioni Callimachi et Moschi Bionisque quae a. 1584 Lugd. Bat. et Antverpiae ex officina Chr. Plantini prodiit. Autographus.

f. 1—24′ **Callimachi Hymni** latine, B. Vulcanio interprete; praecedit praefatio ad Ianum Dousam patrem. Vide etiam codd. Vulc. 103п, et Vulc. 36 f. 184′—185′.
Callimachi edit. p. *2—4.
f. 25—26 vacant.
f. 27—51 **Moschi et Bionis Idyllia,** gr. et lat., B. Vulcanio interprete.
Moschi ed. p. 1—62.
f. 52 **Gerarti Falkenburgii Epitaphium Ioh. Flemingii,** gr. et lat.
Ibid. p. 63—69.
f. 53—57 **Moschi et Bionis Idyllia** varia, lat. ex interpr. Angeli Politiani, H. Stephani, Iani Dousae patris.
Ibid. p. 70—80.
f. 58 **Callimachi Fragmenta** ex Etymologico Graeco a Vulcanio collecta.
Call. ed. p. 169—176.
f. 59—77 **Bon. Vulcanii Annotationes in Callimachum.**
Ibid. p. 177—244, quarum nonnullae f 78—80 repetuntur.
f. 81 **Annotatio Vulcanii** de Callimachi hymno olim a se verso.
f. 82′—88 **Georgii (Gregorii) Cyprii Encomium maris**; praecedit **Vulcanii Allocutiuncula** ad discipulos qua scholas de hoc auctore auspicatus est. In margine notantur et diiudicantur lectiones versionis Morellianae quae a. 1597 Parisiis prodiit.
f. 88—88′ **Astrologica** quaedam nullius momenti.

Vulc. 9. Graec. Chart. saec. XVI, 89 fol. f°. Scripsit B. Vulcanius.
f. 1—18 **Nili Cabasilae de Causis Dissidii et de Primatu Papae,** latine ex interpr. B. Vulcanii.
Edidit Vulcanius in Nili de Primatu Papae p. 1—50, 55—58, versionis.
f. 19—27 **Vulcanii Prolegomena in Scholas de Homeri Iliad.** A. „1581". cf. cod. Vulc. 36 f. 118—121, 126—129′.
f. 28 de vocis **Rhapsodiae** significatione.
f. 29 vacat.
f. 30—31′ **Vulcanii Prolegomenon in Homeri Odysseam** fragmentum.
f. 32—36′ **Eiusdem Scholae de Evangeliis.**
f. 37—41 vacant.
f. 42—44′ **Eiusdem Prolegomena in Xenophontis Cyropaediam,** „XIIII Apr. 1584". cf. Vulc. 36 f. 189—191′.
f. 45—46 vacant.
f. 47—55′ **Eiusdem Prolegomena in Hesiodi Opera et Dies.**
f. 56—72′ **Orationes a Vulcanio habitae** in Academia Lugd. Bat.
f. 56—59 de Laudibus Academiae Leydensis, 6 Jul. 1592, quum Balduinus Hamaeus et Laurentius Brant doctores medicinae crearentur;
f. 60—69 (vac. f. 65—67) de Academiarum institutione, 4 Apr. 1591, quum Henricus Wyntgis doctor iuris, et
f. 70—72′ de Gradibus, 26 Sept. 1591, quum Ant. Hagenoius doctor theologiae crearetur.
f. 73 vacat.

f. 74—81 **Agathiae Myrinaei Historiarum praefatio,** descripta ex cod. Vulc. 54, cum versione latina B. Vulcanii.
In edit. Agathiae Vulcaniana a. 1594, p. 1—6 versionis.
f. 82—85 alia manu: **Gio. Antonii Volpe Carmen** hexametrum „ad D. H(ieronymum) Dandinu(m) Ep(iscopu)m Foroc(ornelianum)", [1546—1552], correxit quaedam Vulcanius. Subscr.: „Di Siena alli sette di Giunio Gio. Antonio Volpe".
f. 86—87′ **Dialogi Latini et Graeci de causis divulsionis Eccl. Orientalis & Occidentalis** fragmentum, latine, ex versione B. Vulcanii. Inc. *Lat. Quam ob rem divellimini* etc.
f. 88—89 **Initium Disceptationis Graeci et Cardinalium de processione Spiritus Sancti** etc. latine ex versione B. Vulcanii.
In Nili edit. p. 51—54, versionis
f. 89′ **Vulcanii Annotationes** quaedam literariae.

Vulc. 10. Chart. saec. XVI, 241 fol. f°.
Cyrilli Alexandrini opera, latine:
f. 1—7. In libros **de Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate** a se versos B. Vulcanii praefatio, ad Ferdinandum de Mendoza, autogr. f. 1 titulus: „D. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini de Adoratione in Spiritu et Veritate . . . libri XVII nunquam antea editi. Bonaventura Vulcanio Brugensi interprete cum . . . epistola nuncupatoria ad Ferdinandum a Mendoza Archidiaconum Toletanum . . . Toleti ex officina Ioannis Ayalae Typographi MDLXX."
Praefatio subscripta est: „Toleti 1570 Cal. Ian."
Versionem hanc a° 1576 in lucem prodiisse testatur Andr. Schottus in praef. ad Cyrilli Glaphyra, 1618, p. 3. Ipse Vulcanius ineditam adhuc vocat a° 1583. Vide cod. Vulc. 25 f. 3.
Eadem praefatio in cod. Vulc. 26 f. 166—173.
f. 8—14′ **Dialogi primi de Sancta et Consubstantiali Trinitate** principium, latine, Vulcanio interprete.
f. 8 titulus: „Coloniae anno MDLXXIII, XVIII Aprilis. D. Cyrilli Patriarchae Alexandrini de Trinitate dialogi septem . . . B. Vulcanio Brugensi interprete. Eiusdem d. Cyrilli duo dialogi ad eundem Hermiam . . . ex bibliotheca Augustana."
Integram versionem habes cod. Vulc. 12.
f. 15—21 vacant.
f. 22—48′ **Adversus Anthropomorphitas** liber, latine Vulcanio interprete, autogr. Vide etiam cod. Vulc. 29 f. 11—22.
Cf. Cyrilli . . adv. Anthropomorphitas . . ex edit. B. Vulcanii, 1605 p. 49—96.
f. 49 vacat.
f. 50—72 **de Incarnatione Unigeniti dialogus,** latine, Vulcanio interprete, autogr.
Ibidem (pars 2) p. 1—52.
f. 72′—114 **Quod unus sit Christus dialogus,** latine, Vulcanio interprete, autogr.
Ibidem p. 53—146.
f. 115—118 **de Incarnatione Unigeniti dialogi** principium, latine, Wolfg. Musculo interprete.

f. 119—122 vacant.
f. 123—207 **Glaphyrorum in Genesin** ll. V—VII, latine, ex interpr. Ambrosii Ferrarii. Subscr. „Finis rerum exquisitarum, seu allegoriarum in Genesim divi Cyrilli quas Ambrosius Ferrarius Mediolanensis monachus s. Georgii maioris Venetiarum e Graeco Latinas fecit".
f. 288—241 **de Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate** liber I, latine, interprete anonymo, eadem manu qua f. 123—207.

De codice cf. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905) p. 71.

Vulc. 11. Chart. saec. XVI, 220 fol. f°.
Cyrilli Alexandrini de Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate libri I—IX et XVII, latine, ex interpr. B. Vulcanii, autographi sed non omnes eodem tempore scripti. Vide etiam cod. Vulc. 26.
Cf. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905) p. 73.

Vulc. 12. Chart. saec. XVI, 224 fol. f°.
Cyrilli Alexandrini de Sancta et Consubstantiali Trinitate Dialogi VII, latine ex interpr. B. Vulcanii, autogr. Vide etiam cod. Vulc. 10.
Cf. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905) p. 73.

Vulc. 13. Chart. saec. XVI, 53 fol. f°. In fine mutilus.
Cyrilli Alexandrini Glaphyrorum in Genesim ll. I—IV, latine ex interpr. Nicolai Drumezii Brugensis cum annotationibus nonnullis cum in marg. tum in fine additis. Praecedit Drumezii Epistola dedicatoria ad Matthaeum Galenum theologum d. d. Basileae 16 Nov. 1566. Desinit liber in notis ad librum tertium. Cetera desunt.
Cf. W. Weinberger, Studien z. Hsskunde p. 4. n°. 4. P. C. Molhuysen in Tijdschr. voor Boek- & Bibl.wezen III (1905) p. 73.

Vulc. 14. Chart. saec. XVI, 234 fol. f°.
Cyrilli Alexandrini Thesaurus de Sancta et Consubstantiali Trinitate, latine, B. Vulcanio interprete autographus. „Basileae MDLXXVI, XVI Febr.".
Edidit hanc versionem J. Aubert in tom. V parte 1 pag. 1 sqq. edit. Cyrilli 1638. Vide tom. I praef.. Cf. W. Weinberger, Studien z. Hsskunde p. 4, n°. 4. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905) p. 73.

Vulc. 15. Graec. Chart. saec. XVI, 38 fol. f°. Scripsit B. Vulcanius.
Ioannis Zonarae Epistolae XIII.

Vulc. 16. Graec. Chart. saec. XV, 220 × 125, fol. 236 lin. 28—29. Tituli rubri, quatern. numerati.
Cyrilli Alexandrini Thesaurus de Sancta et Consubstantiali Trinitate. In fine nota autographa Vulcanii: „Ego Bonaventura Vulcanius . . . hunc Cyrilli Thesaurum olim a G. Trapezontio

fide non bona versum ... de integro Latine verti ... Dedi enim operam ... utque sententiam Cyrilli quam fidelissime possem redderem. Basileae, anno a nativit. MDLXXIV, Men. Ianuario." Versionem hanc habes in cod. Vulc. 14. Ex hac nota non bene intellecta perperam in Catal. Bibl. Lugd. Bat. a. 1716 codex ipse a Vulcanio scriptus dicitur.

Intercedente Puteano hoc codice usus est J. Aubert in adornanda editione sua Cyrilli 1638, cuius vide tom. I praef. et V. 1 p. 381. Cf. W. Weinberger, Studien z. Hsskunde p. 4 n°. 4. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905) p. 73.

Vulc. 17. Graec. Chart. saec. XVI, fol. 81, f°. Scripsit B. Vulcanius.

f. 1—4′ **Georgii (Gregorii) Cyprii Scriptum de se ipso.**

f. 5—8′ **Eiusdem Encomium maris.**

Ex hoc codice edidit Vulcanius post Aristotelis de mundo librum, 1591.

f. 9—29 **Manuelis Chrysolorae Epistolae III.**

f. 30—33′ **Georgii (Gregorii) Cyprii Laudationis Michaelis Palaeologi** fragmenta 3: *καὶ ταύτην δὲ σεμνὴν πόλιν — γενέσθαι κατάστασιν, κίνδυνος εἶχε — σύγκρισιν*, et *τὴν σὴν ἐκ προγόνων πόλιν — προσιεμένην ἀλλότριον* (= Migne P. G. 142. p. 373—6; 380—1; 349—352). Videntur esse haec fragmenta Gregorii Cyprii Patriarchae Cpolitanae descriptio et encomium illius urbis, quae in *κειμηλίοις* suis habere Bon. Vulcanium dicit Th. Douza in Notis ad Georgii Logothetae Chronicon p. 60. Cf. Migne P. G. 142 p. 389, not.

f. 31′ Inserta est: Cpolis descriptio ex **Benjamini Tudelensis Itinerario,** B. Aria Montano interprete, ed. Plantin. a. 1575 p. 28.

f. 34—37 Ex **Procopii de Aedificiis** I, 1 de Sancta Sofia. (= edit. Dindorf p. 173. 12—177. 16).

f. 38—40 **Gregorii Nazianzeni Testamentum.**

f. 41 vacat.

f. 42—44 Tres **Epistolae** anonymae. Inc. *ἄρτι πρώτως ἡμᾶς, τί τοῦτο; ἐπέστης*, et *οἶδα καὶ τὴν ἐμαυτοῦ.*

f. 46—52 **Ordo Praesidentiae metropolitarum.**

(= Hieroclis Synecdemus ed. Parthey p. 162—180).

f. 52′—60′ **Hieroclis Synecdemus.** Fortasse f. 46—60′ descripta sunt ex cod. Vulc. 7 f. 53—57 ubi vide.

f. 61 vacat.

f. 62—65′ **Hilarionis Veronensis Oratio de pane mystico Graecorum et azymo Latinorum.**

f. 66—69′ Liber sacer qui dicitur **Thesaurus.** Inc. *Θεὸς καταλαμβανόμενος οὐκέτι θεός* etc.

f. 70—70′ **Maximi Archidiaconi Alexandriae, epistolae** duae ad Georgium Dousam, descriptae e cod. Vulc. 62¹ f. 36—37.

f. 70′ **Subscriptio codicis Georgii Acropolitae Chronicorum** quem iubente Georgio Dousa descripsit Theodosius Zygomalas — qui codex nunc est in bibl. senatoria Lipsiensi (cf. Naumanni Catalogus p. 10 n°. XXX, Heisenberg in Eranos II (1897) p. 117—9) — a Vulcanio descripta.

f. 71 vacat.

f. 72—73′ **„Suppleta Graeca quae desunt in libris Declamationu(m) M. Annaei Senecae, ex codice Augustodunensi et duobus Andreae Schotti. Insertae nonnullae variae lectiones.”** Sunt I. I. Scaligeri notae marginales in Senecae edit. Paris, 1587, a Vulcanio descriptae ex exemplari nunc Bibl. Lugd. Bat.

(De codd. cf. Senecae tum rhet. tum phil. Opera ed. A. Schottus 1646 ep. dedic. p. 5′,8; Seneca ed. H. J. Müller praef. p. XIIII sq.)

f. 74—79 ΛΕΞΙΚΟΝ ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΝ ΗΤΟΙ ΒΙΒΛΙΚΟΝ. Inc. *ἀββᾶς, ὁ γέρων, ὁ πατὴρ.* Continet tantum lemmata ab A incipientia.

f. 80 **Tituli Operum Gregorii Nysseni.**

f. 81 **Th. Canteri Epistola** autogr. ad Vulcanium, s. d.

Vulc. 18. Chart. saec. XVI, 197 fol. f°.

f. 1—81 **Iamblichi de communi Mathematica Scientia liber,** et

f. 81—197 **Eiusdem in Nicomachi Arithmeticam Introductionem liber;** uterque graece et latine ex interpr. Ioannis Arcerii, autogr. Editioni paratus videtur.

Primum caput descripsit A. Gronovius in cod. Leid. Gron. 28 f. 33—43.

Cf. Iamblichi de Comm. Math scientia lib. ed. N. Festa p. VI. H. Pistelli in Studi Italiani I (1892) p. 37 sq. Iamblichi in Nicom. Arithmet. Introduct. lib. ed. H. Pistelli p. V. (ubi tamen pro »Arcerius” in nota leg. »Tennulius”).

Vulc. 19. Chart. saec. XVI, 71 fol. fo.

Iohannis Molani, Bremensis, Comoediae et Carmina Latina:

f. 1—8 Comoedia „Iudicium Salomonis”, quae

f. 9—15 iteratur.

f. 16 vacat.

f. 17—23 Comoedia de Agno Dei”, ubi in fine latinis belgicae strophae intermiscuntur;

f. 24 vacat.

f. 25—38 Comoedia „Hercules”;

f. 39—62 quattuor Dialogi: Iudicium Minois, Sacchaeus, Aurora, David & Goliath;

f. 63 vacat.

f. 64—66. Decem praecepta, carmine hexametro.

f. 67—69 vacant.

f. 70—71 Emendationes in praecedentia.

Eadem in cod. Vulc. 69 exstant.

Vulc. 20. Chart. saec. XVI, 68 fol.

Continentur hoc codice varia excerpta, apographa, collectanea, chartis variarum formarum undique collectis, scripta, partim Vulcanii manu.

f. 1—2 **De lingua Castellana.**

f. 3 **De Isidori editione Rittershusiana.**

f. 4 **De Iani Secundi fratrumque Carminibus,** a Vulcanio editis.

f. 5 **De Iulii Caesaris Scaligeri Operibus.**

f. 6—15 **Antonii Luschi poetica Descriptio Domus Pudicitiae,** cum epistola ad Magdalenam de Serophegnis. Cf. codd. Vulc. 90 et 102a.

Ex hoc cod. edid. Vulcanius in: Poemata et Effigies trium fratrum Belgarum (1612) p. 117—31.

f. 16 **Vulcanii Epistolae** graecae ad Th. Canterum ex. primum; alterum ex. eiusdem ep. in cod. Vulc. 36 f. 198′—9.

f. 17 **Excerptum ex Bibliotheca SS. Patrum.**

f. 18—19 non sunt Vulcanii manu.

f. 18 Apographa duarum **Epistolarum Richardi Willesii,** Angli, S. J., qui post a Societate defecit: alterius, d. d. 15 Kal. Nov. 1565, alterius, quae in fine mutila, sine dato. Utraque ad „fratrem" scripta.

f. 19 Apographum **Epistolae Th. Bezae** ad Petrum Martyrem d. d. 14 Dec. 1561.

f. 20—22 **B. Vulcanii Notae in Eusebii Historiam Ecclesiasticam.**

f. 23 vacat.

f. 24—31 **Eiusdem Castigationes in Athenaeum** (Deipn.) ad edit. Valderianam, 1535.

f. 32—35 **Eiusdem Notae in Athenaeum** ex ed. Casauboni.

f. 36—43 **Excerpta varia.**

f. 44—59 **„Castigationes in Historiam Ecclesiasticam Eusebii Pamphili et aliorum.** MDLXXV. Mense Sept." Sunt autem variae lectiones, ex nescio quo codice excerptae, in Eusebii Hist. Ecclesiast. et Vitam Constantini, Socratis, Theodoriti, Hermiae Sozomeni, Euagrii Hist. Eccl. Scriptae sunt manu B. Vulcanii; paginarum numeri, singulis var. lect. praescripti, sunt edit. Parisiensis R. Stephani 1544. Post v. l. in Hermiam Sozomenum (f. 55′ = f. 80r edit.) subscr. τέλος. Sequuntur tunc eadem pagina duae annotationes in Theodoriti Hist. Eccl. f. 287, 8 edit., quibus subscr. „Henr. Scrimger(us) Gen(e)ve, 1564 (corr. ex 1574) Sept. mens."; et haec manu Vulcanii. Vacante f. 56 sequuntur f. 57—59 Variae lectiones inde a f. 80r edit., supra intermissae, usque ad finem.

Quid Scrimgeri nomen hic sibi velit, nescio. Fortasse ei omnes variae lect. usque ad f. 80 edit. debentur, — scimus enim eum in bibliothecis Italicis Eusebii codd. contulisse (Patricius Junius... herausg. v. J. Kemke = Samml. bibl.wissensch. Arbeiten 12. p. 46) quas ex eius codice descripsit Vulcanius; fortasse annotationes illae duae tantum ab eo proveniunt.

Easdem varias lectiones, quas codex noster, habet etiam exemplar edit. Parisiensis 1544 nostrae bibliothecae, quo usus olim Scaliger, eius manu in margine notatas. Utrum ex hoc codice in suum ex. descripserit Scaliger, an aliunde hauserit, non constat.

Cf. Sozomeni Ecclesiastica Historia, ed. R. Hussey I p. VII.

f. 60—61 vacant.

f. 61—68 **Index** in nescio quod opus.

Vulc. 20 II.
Margines ambusti sunt quum d. 13 Julii 1880 aedes Th. Mommseni, cui commodatus erat codex, conflagrarent.
Nunc in duas partes divisus:

Vulc. 20 IIa., Chart. saec. XVI, 10 fol. f°.
f. 1—7 **Victoris Tunnunensis,** et
f. 7'—10 **Ioannis Biclarensis Chronica,** a nescio quo descripta ex apographo codicis Escorialensis ab Andr. Schotto reperti. In marg. „Ex Toletana biblioth. repertum ab Andr. Schotto", quae verba post deleta. Praecedit ex **Isidori de Viris illustr.** c. 38 de Vict. Tunn. cum annotatione Schotti ut videtur.
Eadem habentur in cod. Leid. Scal. 25, fortasse ex hoc descripta.
Cf. I. I. Scaligeri Thesaurus temporum p. 17; C. Frick in Rhein. Mus. XLIV (1889) p. 369—373. Chronica minora ed. Th. Mommsen (M. G. H.) II p. 173.

Vulc. 20 IIb saec. XVI, 15 fol. 4°.
M. Velseri Notae in Victoris Tunnunensis et Ioannis Biclarensis Chronica, manu A. Schotti scriptae.
Inscr. „In Victoris Tunnunensis Cronicon Notae M. Velseri"; sed nomen deletum, adscripto „ἀνωνύμως edantur".

Vulc. 21. Chart. saec. XVII, 32 fol. f°., praeter fol. 27—32 manu B. Vulcanii scripta.
f. 1—3 **Verba Gallica,** quae inveniuntur in **J. Passeratii Commentariis in Propertium** (1608).
f. 4 **Errata in Calepini Lexico.**
f. 5 **Variae lectiones** nescio cuius codicis scriptorisve.
f. 6 vacat.
f. 7—10 Ex **Abr. Mylii Lingua Belgica** (1612).
f. 11—12 **Theophylacti Simocattae Epistolae 4 priores,** latine, ex Vulcanii (?) versione.
f. 13—15 **B. Vulcanii Notae de Procopio et Cyrillo.**
f. 16 vacat.
f. 17—21 **„Notitia dignitatum omnium tam ciuiliu(m) q(uam) militarium in partib(us) Occidentis"** (= in edit. Seeck p. 103 sqq.) breviore forma.
f. 22—24 vacant.
f. 25—26' Duo exempla prima eiusdem **Epistolae Vulcanii** ad Andr. Schottum, ± 1610, lat.
f. 27—32 Tractatus Italicus **de Virtute.** Incip.: *La virtu si ritrova da Aristotele diffinita* etc.
Superscr.: „Di M. Gaspar Contarino", in cuius tamen Operibus Omnibus tractatum non inveni.

Vulc 22. Chart. saec. XVI, 119 fol. f°.
Lectiones habitae in Universitate Patavina, satis lacunosae.
f. 1—32 **„Lectiones D. Vincentii Maii Brixiani,** scriptae per Mich. Surianum ex exemplari D. Hierimiae Isachini

quod h(ab)ebat D. Marcus Conredanus. 1541, prima lectio 3 Novemb.". Non integrae.

f. 33—41' **„Lectiones D. Io. Hispani sup(er) l(ocos) Phy(sicon)** [Aristotelis] Patavii lecte anno 1523". Scripsit a° 1541, die 25 Iulii idem Surianus.

f. 42 vacat.

f. 43—119 **„Marci Antonii de Passeris de Ianua Patavini... lectura libror(um) de Anima** Aristotelis, quos publice Patavii legit anno MDXLII et MDXLIII. Collecta partim p(er) me Michaele(m) Surianu(m) partim (inde a fol. 75) p(er) D. fr(atrem) Dominicu(m) Montiu(m) Veronensem ordinis s(er)vor(um)".

Vulc. 23. Graec. Chart. saec. XV, 220 × 125, fol. 76. lin. 30. Quiniones; litt. init. rubricatae.

Ioannis Tzetzae Scholia in Hesiodi Opera et Dies (f 1—56'), Theogoniam (56'—f 73), Scutum (f. 73—76').

Cf. Hesiodus ed. D. Heinsius, Notae p. 73. W. Weinberger, Studien z. Hss.kunde p. 6 n°. 12.

Vulc. 24. Chart. saec. XVI, 274 fol. f°.

Loci communes ex auctoribus Graecis et Latinis a nescio quo docto viro collecti. Praecedit Index.

Verso codice **Vulcanius** usus est, in quo scriberet exempla prima **Epistolarum** ad amicos. Olim adhaerebat:

Vulc. 24 A. Chart. saec. XVI, 46 fol. f°.

Tituli capitum Etymologiarum Isidori Hispalensis, cum nominibus auctorum qui ibi passim occurrunt.

Vulc. 25. Graec. Chart. saec. XVI (1583), 383 fol. f°. Scriptus manu B. Vulcanii.

Cyrilli Alexandrini de Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate ll. XVII. f. 1 titulus, f. 1'—2' index, f. 3 titulus: „Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini De adoratione et cultu in spiritu et veritate et Quod lex sit umbra et figura vitae in Christo, atque Evangelicae: Ad Palladium, Per interrogationem et responsionem Libri XVII; Graece & Latine nunquam antehac editi. Interprete Bonaventura Vulcanio. An. CIƆIƆXXCIII".

Paratus videtur editioni. Subscr. „1583. 25 Iunii."

Cf. codd. Vulc. 10 et 11.

Intercedente Puteano usus est hoc codice in adornanda Cyrilli editione Joh. Aubert, quem vide tom. I (1638) praef. Cf. W. Weinberger, Studien z. Hsskunde p. 4 n°. 4. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905) p 73.

Vulc. 26. Chart. saec. XVI, 216 fol. f°. et (f 199—216) 4°.

f. 1—96 **Cyrilli Alexandrini de Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate,** l. II—VI et initium VII, latine, interpr. anonymo cum emendatt. B. Vulcanii autographis.

f. 97—165 **Idem,** ll. I—IV, latine, interprete anonymo.

f. 166—169' **B. Vulcanii Praefatio in Cyrilli Alexandrini de**

Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate libros a se versos, ad Ferdinandum a Mendoza, quae repetitur f 170—173′, utraque autographa. Cf. etiam cod. Vulc. 10 f. 1—7.
f. 174—198′ **Cyrilli Alexandrini de Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate** liber I et pauca verba libri II, latine, ex interpret. B. Vulcanii, autogr. Cf. etiam cod. Vulc. 11.
f. 199—216 **Eiusdem operis** lib. V et init. libri II, latine, ille ex interpr. Vulcanii, hoc ex anonymo, sed utrumque manu Vulcanii scriptum.

Cf. W. Weinberger, Studien z. Hsskunde p. 4 n⁰. 4. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.-wezen III (1905) p. 73.

Vulc. 27. Graec. Chart. saec. XVI, 8 fol. f°. manu Vulcanii scriptus.
f. 1 **Gregorii Nysseni Tractatus prioris in Psalmorum inscriptiones** praefatio et primi capitis principium. Cetera desunt.
f. 2—5′ **Procopii de Aedificiis** l. I cap. 1 § 1—8, usque ad *διηγεῖτο στοὰς καὶ* (in edit. Bonn. III p. 170—178. 22). Cetera desunt.
f. 6—8′ (**Ioannis Chrysostomi**) **De confessione crucis,** dimidia fere pars. Desinit in verba: *καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν* (= Migne P. G. 52 p. 843).

Vulc. 28. Graec. Chart. saec. XVI, 415 fol. f°.
f. 1—100 **Gelasii Cyziceni Commentarius Actorum Nicaeni Concilii.**
f. 101—415 **Acta Concilii Ephesini,** quae edita sunt in Collectione Mansiana IV p. 577—1478 et V p. 1—420, sed ordine multum ab illo diverso. Videtur codex descriptus ex exemplari satis lacunoso, nam librarius saepe spatium vacuum reliquit. Praecedit f. 101—104 Index latinus, alia manu.

Vulc. 29. Chart. saec. XVI, 51 fol. f°. Sunt diversi fasciculi in unum collecti.
f. 1—10′ **Cyrilli Alexandrini Glaphyra in Exodum** l. I c. 1—2 med., latine ex interpret. B. Vulcanii ut dicitur in fronte libri; est autem interpretatio quae sub Andreae Schotti nomine edita est Paris. 1605, in 2° vol. edit. Cyrilli Operum, quamque deinde in Glaphyrorum ed. 1608 ipse Schottus edidit. Desinit in verba: *sanctam habens* (ib. p. 211 med.) Cetera desunt. Non est scripta Vulcanii manu neque Schotti.
f. 11—22′ **Cyrilli Alexandrini adversus Antropomorphitas liber,** latine interpr. B. Vulcanio, autographus, usque ad cap. XII fin. Cetera desunt. Integram versionem vide in cod. Vulc. 10.

Edita: Cyrilli adv. Anthropomorph. ex edit. B. Vulcanii 1605. p. 49—72.

f. 23—26 Loci animadversi a F. Michaele Medina in **Cyrilli ll. XVII de Adoratione et Cultu in Spiritu et Veritate,** fortasse autographi. Descripsit eadem Vulcanius f. 31—35 huius codicis.
f. 24—28′ **Cyrilli Alexandrini de Sancta et Consubstantiali Trinitate** Dialogi primi initium, latine, interprete anonymo.
f. 29—30 vacant.

f. 31—35 vide ad f. 23—26.
f. 36—38 vacant.
f. 39—49 **Adamantii Sophistae Physiognomica,** latine, Andr. Schotto interprete.
f. 49'—50 Ex **Polemonis Physiognomica,** latine.
f. 51—51' „**In Adamantii Sophistae Physiognomica Observationes** edit. Romanae a° 1545 in 4°". (= Aeliani variae Historiae ll. XIIII cet. Romae 1545).
De codice cf. P. C. Molhuysen in Tijdschr. v. Boek- & Bibl.wezen III (1905) p. 74.

Vulc. 30. Chart. saec. XVI, 29 fol. f°, manu Vulcanii scriptus.
f. 1—27 **Manuelis Chrysolorae Epistolae IV,** latine ex vers. B. Vulcanii: ad Ioannem Imperatorem, ad Ioannem et Demetrium Chrysoloras (= Migne P. G. 156 p. 23—60) et ad Pallantem Onuphrium in obitum germani fratris consolatoria. Inc. *Cum omnis nostra vita* etc.
f. 28 **Georgii (Gregorii) Cyprii Encomii Maris** initium, latine, ex interpr. B. Vulcanii.
f. 29 Vulcanius quaedam notavit.

Vulc. 31. Graec. Chart. saec. XVI, 158 fol. f°. Scripsit Vulcanius.
f. 1—157' **Ioannis Climacis Scala Paradisi** cum Epistola ad Pastorem, Vita, Scholiis, a Vulcanio descripta e cod. Bibl. Publ. Lugd. Bat. Gr. 60 B. In margine adscripsit varias lectiones codicis Andreae Schotti („codicis Antverpiani" Raderi).
f. 158 **Nicephori Callisti Xanthopuli Catalogus SS. Patrum Ecclesiae,** versibus iambicis. Inc.: *οἱ καλλύναντες ἐν λόγοις ἐκκλησίαν* (= Migne P. G. 145 p. 554).
f. 4 manu Vulcanii inscr.: *ἐκ τῶν ἡφαιστίωνος.*

Vulc. 32. Chart. saec. XVI, 2 fol. f°. Scripsit Vulcanius.
Io. Stadii Genitura Justini de Nassau. Gandavi 25 Iunii 1571.
Cf. E. B. Swalue, Justinus van Nassau (1858) p. 7, 69. P. C. Molhuysen in Tijdschr. Boek- & Bibl wezen V (1907) p. 73.

Vulc. 33. Chart. saec. XVI, 144 fol. f°. In fine mutilus.
Liber Pontificalis ex recensione Petri Guillermi cum notis Petri Boherii. Desinit in verba *eodem papa decreverat per* [*ficere*, in vita Stephani II papae 94 (= Duchesne I p. 448. l. 15). Cetera desunt.
Praecedunt **Hieronymi Damasi et Epistolae mutuae.** In marg. rarae notae B. Vulcanii.
Cf. Le Liber Pontificalis par L. Duchesne II p. XXIX.

Vulc. 34. Graec. Chart. saec. XV, 220 × 130, fol. 21, lin. 30. Tituli rubri; f. 4—13 quinio sign. *α'*, f. 14—21 quaternio sign. *β'*. f. 1—3 alia manu, fortasse postea addita.
Scholia in Theocriti Idyllia, diversa ab editis. Praecedunt f. 1—3' Vita Theocriti et *ὑποθέσεις*. Sequuntur:
